Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



99

die salutis adunum te.
Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Nemi dantes ullam offensionem: ut nõ vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros In multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustiis: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus: in vigiliis: in castitate: in scientia: in longanimitate: in suauitate in spiritu sancto. In caritate non ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iustitiae: a dextris et a sinistris. Per gloriam et ignobilitatem: per infamiam et bonam famam. Vt seductores et veraces. Sicut ignoti et cognoscentes. Quasi morientes et ecce viuimus. Vt castigati et non mortificati. Quasi tristes semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tamquam nichil habentes: et omnia possidentes.

Angelis suis Gẽ. mandauit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Ꝗ In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum Tertius Qu